Cracov. Studii generalis (Cracov.) Ordinis Praedicatorum:
Conclusiones theologicae iuxta mentem
D. Thomae Aquinatis. 1768.

Cracoviensis Conv. Ord. Praed.

Conclusiones Theologicae



CONCLUSIONES
THEOLOGICÆ

Juxta
Mentem Divi THOMÆ
Aquinatis Angelici Quinti Ecclesiæ
DOCTORIS
Infra Solemnem Ejus Octavam
Annô Nati Salvatoris 1768.
Mense Martio
EXPOSITÆ.

Ex TRACTATU
De Voluntate DEI.

I.

DIvus Thomas ex gradu intellectivo efficaciter probat in DEO gradum volitivum.

II.

SOla Bonitas increata eſt objectum formale tam motivum, quam terminativum Voluntatis Divinæ.

III.

DEUM liberè velle & operari ad extra; eſt demonſtrabile lumine naturali.

IV.

Actus liber Dei ſuperaddit actui neceſſario ſolam terminationem ad creaturam defectibilem, ſub pura ratione terminationis, & indefectibilem, ſub ratione entis & perfectionis.

V.

DEUS nullo modo amat creaturas poſſibiles.

VI.

IN DEO eſt verè & formaliter actus voluntatis, quo vult omnes homines ſalvos ſieri.

VII.

DEUS absoluto & efficaci Decreto, antecedente consensũ liberi arbitrii prævisũ sub conditione, humanos actus prædestinavit ab æterno, salva eorũ libertate.

Ex TRACTATU.

De Prædestinatione.

I.

DAtur in Deo prædestinatio hominum, & fuit conveniens, & creaturæ rationali summè necessaria.

II.

PRædestinatio essentialiter accepta, non consistit formaliter & in recto in actibus intellectûs & voluntatis.

III.

NEq; consistit formaliter in actu voluntatis, neq; illum importat in recto.

IV.

COnsistit tamen in actu intellectus, de connotato autem & in obliquo, ac præsuppositive in actu voluntatis.

V.

ESsentia æternæ prædestinationis consistit formaliter in recto in imperio

Divino, ſupponente alios actus intellectûs & voluntatis Divinæ.

VI.

PRædeſtinatio eſt pars objectiva Divinæ Providentiæ.

VII.

Electio efficax prædeſtinatorum ad gloriam, ante præviſa merita eſt in Deo independenter à ſcientia media.

VIII.

PRæter voluntatem intentivam, eſt in Deo voluntas executiva efficax, qua ex præviſione meritorum vult conferre prædeſtinatis gloriam ut coronam.

IX.

OPera bona moralia ex viribus naturæ humanæ elicita, nec de congruo, nec de condigno merentur primam gratiam auxiliantem, quæ eſt effectus prædeſtinationis.

X.

HOmo ex viribus purè naturalibus neq; diſponere ſe poteſt ad primam gratiam.

XI.

XI.

CHriſtus Dominus meruit omnibus ſuam prædeſtinationem, quo ad omnes effectus illius.

XII.

SUbſtantia creata prædeſtinati eſt effectus imperatus prædeſtinationis,

XIII.

PErmiſſio peccati in electis eſt effectus prædeſtinationis.

Ex TRACTATU *De Gratia.*

I.

POtuit homo creari à Deo in ſtatu naturæ puræ, ſine Gratia ſanctificante.

II.

POtuit etiam creari in eodem ſtatu naturæ puræ, ſinè dono integritatis & immortalitatis.

III.

HOmo in ſtatu naturæ lapſæ poteſt abſq; ſpeciali Gratia cognoſcere omnes veritates naturales tam ſpeculativas, quàm practicas.

IV.

HOmo lapſus poteſt efficere aliqua opera moraliter bona intra ordinem naturæ abſq; Gratia tam ſupernaturali fidei, quàm ordinis naturalis ſpeciali & indebita.

V.

IN ſtatu naturæ puræ potuiſſet homo ex propriis viribus abſq; ſpeciali auxilio ſaltim ad breve tempus efficaciter affectivè diligere Deum ſuper omnia, ut finem naturalem.

VI.

HOmo lapſus non poteſt efficaciter diligere Deum ſuper omnia ut authorem naturæ abſq; ſpeciali Gratia.

VII.

NEquit homo lapſus ex ſolis viribus ſine ſpeciali Gratia omnia præcepta naturalia implere.

VIII.

HOmo juſtus cùm communibus auxiliis Gratiæ nequit vitare omnia peccata venialia collectvè ad longum tempus & per totam vitam ſed indiget ſpecialiſſima Gratia & Privilegio.

IX.

HOmo lapsus ad vincendam gravem tentationem ex fine honesto indiget speciali gratia.

X.

NEmo ex solis naturæ viribus sine auxilio gratiæ specialis potest se ad gratiam habitualem, consequendam præparare, sic, ut eam de condigno mereatur.

XI.

OPera moraliter bona Deum non movent ad dandam Gratiam auxiliantem nec de congruo, ex Dei Lege vel pacto inito cùm Christo, quòd facienti ex viribus naturæ quòd in se est DEUS daturus sit Gratiam.

XII.

PRæter Gratiam habitualem cum auxiliis annexis ad diu perseverandum in Gratia requiritur aliud specialissimum donum ab illis distinctum ad perseverandum usq; in finem vitæ.

XIII.

GRatia habitualis est formalis & physica participatio Divinæ naturæ.

XIV.

GRatia habitualis realiter distingvitur à charitate.

XV.

GRatia creata interna convenienter dividitur in gratum facientem & gratis datam.

XVI.

XVI.

NUlla creatura quantumcunq; perfecta potest esse causa principalis gratiæ sanctificantis.

XVII.

EFficacia Divinæ Gratiæ consistit in motione Dei physicè prædeterminante.

XVIII.

DEUS est causa Gratiæ, non eam creando, sed de potentia obedientiali animæ eam deducendo.

XIX.

NEmo in hac vita positus, absq; speciali revelatione sibi facta tenetur aut potest, certitudine fidei Divinæ certò credere, aut scire, se habere Gratiam coram Deo.


XX.

HOmo justus non potest esse certus de sua justitia, certitudine comparata per discursum ex una præmissa supernaturali, & alia naturali.

Disputabuntur publicè in Conventu & Studio Generali Cracoviensi Ordinis Prædicatorum, Annô Mense atq; Diebus ut supra.

Ad

M. D. G. B. V. M. H. S. T. A. A. E. D. OOq; SS. perennem Venerationem.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0026377